



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 34. Clausula, Conservatoriis Bullis incerta, non permittentes ab
aliquo molestari, qualiter intelligenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

 QUÆSTIO XXXIV.

Clausula Conservatoris Bullis inserta, non permittentes ab aliquo molestari, qualiter intelligenda.

SUMMARIUM.

1. Molestia est Jure & facti
 Clausula non permittentes ab aliquo molestari, intellecta.

Intelligenda est de contradictione aut oppositione seu molestia quæ de facto sit, non autem quæ de jure, glo. cap. per illarum verb. contradictionis de preb. Abb. cap. audita de restit. spoliat. Corst. in sing. verb. molestia. Felin. cap. cum causam col. 2. & 3. de rescriptis. Navarr. cap. contingat in 7. causa nullit. cap. 3. de rescriptis. Alciat. cap. quod Sedes nu. 6. de officio ord. Rebuffus in praxi benefic. tit. declaratio nove provisionis in fine. Restan. de Imperatore quest. 100. nu. 38. Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 4. casu 365.

 QUÆSTIO XXXV.

Quid de illa clausula, sciant se indignationem BB. Petri & Pauli.

SUMMARIUM.

1. Clausula sciant se indignationem BB. Petri & Pauli incursum.

Clausula hæc intelligenda est non de excommunicationis fulmine, sed de quavis alia arbitraria, uti Alciatus, Rebuffus, Delleveinus, Menochius, scriptum reliquerunt, Alciat. cap. quod sedes num. 6. de Offic. ord. Rebuffus in praxi benefic. tit. declaratio nove provisionis in fine. Restan. de Imperat. quest. 110. num. 38. Menoch. de arb. jud. cent. 4. casu 365. id quod nos in alio hæctenus allegato ostendimus, lib. de Jurisd. Ord. in Exempt. quest. 62.

Y

QUÆSTIO